

rum, c) tropaeorum, d) qui in triumphis praeferebantur, e) donis deorum adscribebantur, f) in votis faciendis soluendisque adhibebantur, g) quos aedibus praediisue affigebant, vt nomen possessoris inde cognosceretur, b) aut quibus res venales aut locandas proscribebantur. i) Ita habemus quoque librorum titulos. l) Sed solet etiam tituli nomen interdum transferri. Ita, quia fisci variae erant stationes, singulae suis titulis insignitae, tributa, quae his stationibus inferri debebant, titulorum largitionalium & fiscalium

*violasse videtur.* Ad quem locum, quae CUIAC. *Lib. XXI. Obseru. c. 13.* de his titulis notauit, exscripsit SCHULTING in *iurisprud. antiq. p. m. 264.* Dat huius generis titulos BRISSON. *de formulis Lib. VII. c. 170* sqq. vsque ad finem eius libri.

c) Vid. BRISSON. *l. c. Lib. I. c. 195.* G. L. BOEHMER *de aris pro salute Imperatorum in itu & reditu exstructis* &c. *l. c. Exerc. I. pag. 19.*

d) BRISSON. *l. c. IV. 36.*

e) Idem *ibid. c. 35.*

f) Idem *ibid. I, 198.*

g) Idem *ibid. I, 175.*

h) huc pertinent tituli potentiorum, regii, & priuatorum, de quibus sunt *Codicis Lib. II. Tit. 15. 16. 17.* ad quos vide CUIACII paratitla, his iunge *Libri II. Codicis Theodos. Tit. 14.* & quae elegan-

ter ibi de hac re exponit IAC. GODOFREDVS *Tom. I. pag. 177* sqq. *edit. RITTERI.* Adde *L. 3. C. de bonis vacant. & de incorporat.* ad eamque CUIAC. De titulis, quos meretrices cellis suis inscribere solebant, vid SALMASIVS in *miscellis defensionibus ad ius attic. & roman. c. 25. p. 531.*

i) PLIN. *Lib. VII. epist. 27. de ferta inde & damnata solitudine domus* *in iure prohibetur pro scribatur tamen, seu quis emere, seu quis conducere, ignarus tanti mali, vellet.* Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum &c. de titulis, seruis venalibus, ex edicto aedilium, ponendis vid. BRISSON. *l. c. VI. 8.*

l) In ipsis libris quoque sectiones seu capita, quae sub generali inscriptione ea comprehendunt, quae ad vnum eundemque locum